



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

lxxix [i.e. vii]. Imò idem seipsum producere quoad secundum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

existente per primum esse, est posterior illo. Ex his tamen non sequitur, posse similiter Filium secundò producere Patrem in divinis; productiones enim in divinis singulæ singulas diversas constituunt personas, nec potest una persona constitui per duas productiones, utpote quarum una superflua; ideoque sicut personas, sic & productiones implicat multiplicari.

VII. Probabilius quoque censetur, posse idem se ipsum divinitus producere quò ad secundum esse, cum in eo non appareat repugnantia. Neque enim ista secunda productio esset dependentia rei à se ipsa, & non esset, utpote talis, sine qua & alià in ejus locum suffectâ potest existere; nam talis quidem est dependentia simpliciter talis, non verò secundum quid sive quò ad secundum esse tantum talis; & dicit dependentia in genere actualem influxum ex se defectibilem. Neque implicat, causam secundò rem producentem non tollere ejus ad existendum indifferentiam (quanquam tollat indifferentiam rei, quam habet ad hoc, ut secundò producat) sicut implicat, causam primò
rem

rem producentem id non facere. Neque implicat rem respectu ejusdem actionis esse in fieri secundò, & simul in facto esse. Neque ista actio secunda supponit effectum suum formalem adæquatum, qui est complexum ex re existente & secunda actione, quod complexum non supponit secunda actio, sed constituit. Neque invalidatur hac ratione argumentum SS. Patrum probantium Patrem distingui realiter à Filio in divinis, quia est produciens & productum; nam illi supponentes, ibi semper esse distinctionem realem inter produciens & productum, ubi aliquid naturaliter produciitur, bene intulerunt, Patrem distingui à Filio; quia quidquid Deus producit ad intra, id producit naturaliter. Si autem propter hanc indistinctionem producentis & producti directes, rem illam appellare causam sui ipsius, dic, esse principium, quamvis nos, dum causam definivimus, in *τὸ aliud* vim non fecerimus.

VIII. Possunt plures causæ finales in actu secundo totales (qualis dicitur illa, non quæ influit sine consortio alterius; sed quæ influit in fluxu se solo sufficiente ad effectum ponendum,